

- ternis scribi fatiat, pena decem libr. par. pro quolibet. ¶ Et quod non possit preponi in maiori consilio de asolvendo ipsum dominum potestatem de aliquibus sententiis civilibus suo tempore vel predecessoris sui notatis, quas diffinire tenetur, si non difinisset. ¶ Et nulla sententia vel intromissio, data alicui per dominum potestatem de bonis expeditis vel inpeditis alicuius persone contra principalem debitorem vel debitricem, preiudicet nec preiudicare debeat alicui possessori bonorum ipsius debitoris, contra quem vel quam seu quos data vel concessa fuerit, tanquam si data vel concessa non esset, quin ipse possessor contra creditorem ius suum possit et valeat consequi et se defendere et tueri, non obstante ipsa sententia sive intromissione, tanquam si data vel concessa non esset. ¶ Preterea si aliqua sententia lata esset extra civitatem et districtum Tergesti in aliqua civitate sive loco manu publica roborata [et] peteretur in iudicio coram dominio Tergesti mandari executioni, quod dominium Tergesti teneatur et debeat ipsam sententiam in omnibus prout iacet executioni mandare contra personam condempnatam et eius bona, si dicta sententia data fuerit secundum ordinem illius civitatis vel loci ubi lata esset.

Cap. XLIII. Rubrica de preceptis factis per iudices et rectores et quam firmitatem habere debeant. R.ca.

- Ordinamus quod quodlibet dominium teneatur mandare executioni omnia precepta coram eis producta in iure et petita a partibus ut executioni // mandentur, et quilibet potestas iudex sive rector civitatis Tergesti possint valeant precipere partibus de hiis que ipse partes fuerint concordēs, at tamen ipsi iudices vel rectores nullum preceptum alicuius debiti (et) alicui cancellario guarentare possint de contentis in ipso precepto que essent ultra summam vigintiquinque libr. par., nisi partes fuerint presentes et in presentia notarii; aliter talis varentatio facta sit nullius valoris; a vigintiquinque vero libr. par. inferius varentatio per eos facta valeat et teneat par-